

ADDENDA ET CORRIGENDA.

A.

INSCRIPTIONES NOVAE.

CAPVT I.

MONVMENTA HISTORICA LIBERAE REI PVBLICAE

(addenda ad vol. I p. 1—21 N. 1—69).

8884 L. Aimilius L. f. ¹ inperator de rege Perse | Macedonibus-
que cepet.

Delphis rep. ante templum Apollinis ad angulum pronai qui spectat inter meridiem et orientem (I ed. 2 n. 622 cum imagine quam exhibuit Holleaux). Pertinuit ad pilam ingentem, cuius summa pars sculptum habebat proelium inter Macedones et Romanos (Homolle² mélanges Boissier p. 299, A. Reinach bull. de corr. hellénique 34, 1910 p. 436 cum commentario; imaginem pilae qualis fuisse videtur ed. Pomtow Berl. philol. Wochenschr. 1912 p. 411). — 1) Idem qui supra N. 15. 43. 57. L. Aemilius Paulus, cum post pugnam Pydnensem Delphos venisset, ἰδὼν κίονα μέγαν τετράγωνον ἐκ λίθων λευκῶν συνηρμοσμένον, ἐφ' οὗ Πελοπέως ἐμελλε χρυσοῦς ἀνδριάς τίθεσθαι, προσέταξε τὸν αὐτοῦ τεθῆναι (Plut. Aem. Paul. 28; de pluribus columnis, 'quibus imposituri statuas regis Persei fuerant' — sic Liv. —, loquuntur Polybius 30, 10 et Livius 45, 27). De similibus pilis Prusiae et Eumenis cf. Pomtow Berl. philol. Wochenschr. 1909 p. 830, 1912 p. 409. 443.

8885 . . . re et Tauriscos¹ c. .² . . .

. . . . us coactos m

[diēbus te]r³ quineis qua[ter ibei pugn]avit⁴
[castreis] signeis consi[lieis praecipu]os⁴ Tuditanus
. . Roma]e egit triumphu[m⁵ dedit⁶ Timavo⁷,
. . . . ria ei restitu[it⁸ reis tradit.

Prope Aquileiam rep., fragmenta duo, alterum a. 1788, alterum a. 1906 (I ed. 2 n. 652 = Premierstein Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. 10, 1907 p. 286 imaginem). Pertinet ad monumentum a P. Sempronio Tuditano, consule a. u. c. 625, devictis eo ipso anno Histris et Japudibus (Liv. epit. 59, Plin. h. n. 3, 129 Appian Illyr. 10, b. c. 1, 19), Aquileiae, unde ad expeditiones illas sine dubio projectus erat, statutum (lapidis fragmenta aliunde Aquileiam adlata esse parum